



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Brevis Expositio Propositionum Damnatarum**

**Didacus <ab Aragonia>**

**Venetiis, 1728**

Actio Humana.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42653**

## ACTIO HUMANA.

16. **Q**uæritur. An sit probabile, quod omnis actio humana, quæ non est dilectio Dei, sit mala, & quod non possit elici opus bonum sine charitate, & gratia justificante?

**R**esp. Negativè, ratio est quia, *Tridentinum sess. 6 can. 7.* definit, quod fides, spes, & timor, quæ præcedunt justificationem non sunt peccata, sed actus boni sunt, eliciti ex divina gratia, disponentes ad remissionem peccatorum, & gratiam justificationis, at nō sunt charitas Patris, quia fides, & timor formaliter nō sunt dilectio actualis, nec a charitate procedunt, quia ipsis peccator ad charitatem Patris disponitur, nec sunt concupiscentia carnis, alias ad justificationem non disponerent; ergo falsum est omnem humanam operationem, quæ non est dilectio Dei, esse malam, & consequenter falsum, quod non possit elici opus bonum sine charitate, & gratia justificante, quis enim negat, peccatorem fidelem, & infidelem bene operari, si orationibus, & jejuniiis influet coram Deo, orans, ut in viam salutis dirigatur, si credit, speret, & ex metu gehennæ de peccatis doleat? qui omnes actus, nec Charitas Patris sunt, nec concupiscentia carnis, ut constat *ex propositione 7. inter proscriptas ab Alex. VIII.*

## ADULTERIUM.

17. **Q**uæritur. An Uxor committat adulterium consentiente Marito, in illud delictum?

**R**esp.